

Johann Huswedel

**Rector Universitatis Rostochiensis, Johannes Huswedelius, Phil. pr. Prof. Ad Exequias Quas Ornatissimo Iuveni Dn. Henrico Ganthe/ Reverendus & Clariß. Vir Dn. M. Christianus Michael, Hospes, & Populares, paratas cupiunt Academiae Cives ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777447878>

Druck Freier  Zugang




Huswedel, J.,  
in H. Ganthe.


Rostock. 1639.

30.
















RECTOR

Universitatis Rostochiensis,

JOHANNES HUS-  
WEDELIUS, Phil. pr. Prof.

AD EXEQUIAS

Quas

ORNATISSIMO JUVENI

Dn. HENRICO

GANTSEI

Reverendus & Clariss. Vir

Dn. M. CHRISTIANUS MI-

CHAEL, Hospes, & Populares, para-

tas cupiunt,

Academiae cives in Templum Jacobinum ad  
mediam primam in



1739

ROSTOCHII,

Litteris NICOLAI KILII, Academ: Typogr.

Anno M DC XXXIX.



Uicunquē mittuntur à parentibus  
in Scholas regias, & Universitates,  
eos hoc fine & consilio mitti cer-  
tum est, ut in ijs discant, quæ ho-  
norem & cultum Deo debitū pro-  
movere, societatem civilem juvare, quæ paren-  
tibus præsidio, ipsis ornamento & emolumento  
esse possint. Verum ista bene cogitata, pruden-  
ter consulta ac decreta, fideliter monita, non  
semper ex voto eveniunt, ex causis non unius  
modi. Quidam eorum ex institutione & educa-  
tione minus recta, vitijs ad suefacti omnē emen-  
dationem respuunt, Alij melius quidem educa-  
ti, sed non satis confirmati, manus remittunt, so-  
dalitio pravo seducti, facile rapiuntur in consen-  
sum, utilium tardi provisores, aris, ad vitæ ne-  
cessitates, & studiorum cultum impendēdi, pro-  
digi; Tertij deniq; sive rectius educti, sive meli-  
& feliciter instituti, sive bene monitorum audi-  
entiore, & sedulo agunt, quorū causa missi sunt,  
& ad metam propositam non exorbitantes per-  
veniunt, Verum & his impedimenta, sed al-  
terius generis, non raro obijciuntur, quo minus  
tum ipsi, tum parentes voti sui compotes fiant.  
Quamlibet juvenes, quamlibet robusti, & florē-  
tes, tamen experiri coguntur humanæ conditio-  
nis



73  
nis & fragilitatis indolem, tam in juvene, quam  
sene conspicuam. Ecce enim adolescens floren-  
tissimus annorū viginti & unius, sandapilæ com-  
mendatus, hodie ad sepulturam efferetur, non  
hoc sine, vel spe, vel voto à parentibus ad nos mis-  
sus. Qua autem ex classe ad nos venerit operæ  
pretium est, brevibus indicare. Natus est piè de-  
functus adolescens HENRICUS Ganche / S. S.  
Theol. & Philos. Studiosus, Bilfeldiæ in West-  
phalia Anno 1618, in festo S. Johannis Baptistæ,  
& parentibus honestissimis, Patre HENRICO  
Ganchen/apud Bilfeldenses negotiatore prima-  
rio, & matre Ilsebe Paggempols/quæ ante annum  
ferè diem suum obiit. De Regeneratione & pri-  
ma educatione multa ut verba faciamus operæ  
non est. Illam & nomen in Baptismo acceptū,  
& pietatis etiam in puero studium evidens, lucu-  
lenter indicat, hanc vero secunda simul ætatis &  
virtutis incrementa quotidiana. Studiorum ve-  
ro prima fundamenta poluit Bilfeldiæ in patria,  
in primis autem apud Clariss. & Doctiss. Virum  
Dn. JACOBUM STEPHANI, cujus & mensa &  
institutione usus est, usq; ad annum seculi 1634.  
ætatis sextum decimum: quo anno circa festum  
Paschatis Osnabrugam à parentibus missus est,  
ut in ea telam in patria ceptā porro texeret, atq;  
V 2 cla



elaboraret, Fecit illud sedulus adolescens, neq;  
ullum in se studium desiderari passus est toto tri-  
ennio, ad annum usq, 1637. quo discedens Osna-  
bruga suasu & autoritate parentum ad nostram  
Academia[m] quasi ad mercatum celebriorem die  
19, Junij eodem anno feliciter profectus venit, &  
studia auspiciatus est. Reputabat secum pius &  
probus adolescens & animoolvebat, quo sine  
huc à parentibus esset missus, non ut vocationes  
in trivijs quæreretur, ut helluando noctes diebus  
continuareretur, ut clamoribus insulsis, inconditis,  
tauro alicui de grege, imo homini doemoniaco  
magis, quam pietatis modestiæ & humanitatis er-  
ruditiæ studioso convenientibus, egrotantes tur-  
baret, ut stricto gladio silicibus ignem excuteret,  
ut lapidibus fenestras elideret, Deo & homi-  
nibus molestus esset (hæc enim videbat eorum es-  
se præclara facinora, qui in prima classe locati  
sunt), sed ut, quod alij temporis alea, compota-  
tione, otio transigunt, id ipse tanquam preciosis-  
simam & non reparabilem, ubi semel amissa est,  
rem, studio pietatis ac Theologico impenderet.  
Cum vero novisset ad sacrarium Theologiæ ne-  
minem pervenire, nisi per vestibulum admissus:  
aut majoribus ejus mysterijs neminem initiari,  
nisi qui minoribus quibusdam præparatus esset:  
omni



75  
omni studio id agendum sibi p̄ntavit, ut mini-  
stras hujus dominae sibi p̄imum conciliaret,  
atq; ita viam ad ipsam heram affectaret. Lingua-  
rum ergo Hebraea & Graeca studia, sicut & Philo-  
sophia, secutus non ad milit in aures, multo mi-  
nus in animum, quae declamatoria quadam li-  
centia, imo supercilio dictatorio, certe plus qua-  
pædagogico leguntur & audiuntur. *Ἰπφύμιδος*  
*ταῦτ' ἐστὶ καὶ συμύληματα*, nugæ canoræ, ad occupan-  
dos rudes ex cogitata & composita, nimirum ut  
similiter inveniunt habeantq; labra lactucas. Nō  
equidem in video, miror magis, undiq; totis, Usq;  
adeo turbatur, non agris tantum, quod rusticus  
ille conquerebatur, sed & Scholis & earum  
plausoribus ac lessoribus, qui eam rem serio agūt.  
Verum non movenda est Camarina, inamabile  
verum bella movet non sine majoribus nugarū  
copijs componenda. Igitur omissis alijs rem  
suam ita egit hic nosster Macarites, ut valetudinis  
quoq; non exiguum detrimentum sentire inci-  
peret, idq; per totam fere astatem anni proximē  
elapsi. Pulmones enim vitium contraxerant, in-  
de nata phthisis hecticam febrem adduxit comi-  
tem. Sperabat quidē juvenis fore aut fieri posse,  
ut progressu temporis morbus aut remitteret  
non nihil, aut omnino pelleretur. Sed evenit  
V 3 longa



longè diversissimum, in dies enim ingravescens  
malum a deo invaluit, ut qui hactenus ambula-  
verat, in lectum coniectus, eiq; adfixus per ipsos  
tres menses & eo amplius teneretur, nihil inter-  
rim vel artis vel consilij omittente Viro Clar. &  
Experientiss. Dn. D. STOCKMANNO collega  
& amico nostro colendo, quo tamen valentius  
malum expugnari cum non posset, factum est,  
ut juvenis pietate, modestia & doctrina com-  
mendando ex hac vita in alteram discederet, an-  
no ætatis nondum toto, primo & vigesimo. Pie  
& beate mortuus quin fuerit, nullum est dubiũ,  
cum pie & ex fide Christiana vixerit, bonæ con-  
scientiæ studium semper sectatus & constan-  
ter, quod semel sectari ceperat, persecutus. Neq;  
vero Reverendus & Clarissimus Dn. Pastor, M.  
CHRISTIANUS MICHAEL, cum in suas ædes  
& contubernium admisisset, aut tam diu passus  
esset, si vel minima in eo deprehendisset in pie-  
tatis vel petulantia & in obedienciæ vestigia; Sed  
ita comparatum est, non sinunt fata inter homi-  
nes diurnare optimum quemq;: Utitur hoc de  
lectu Sapientissimus arbiter hujus universi, vel  
ne malitia corripiat ac depravet, in medio vitio-  
rum, vigore constitutos juvenes. Rarum est enim,  
quod Geographi de Alpheo fluvio commemorant,



rant, cum inde usq; ex Thessalia labi subter Siccas  
nos fluctus ad amatam sibi Arethusam, ita ut Do-  
ris amara suam non intermisceat undam; multo  
autem rarius, quod inter sordidos & vitiosos po-  
situs adolescens, sine labe vitij ac sordium ad  
amatam sibi virtutem, pietatem & honestatem,  
penetret. Vel utitur hoc delectu, ut subducat  
imminentibus periculis quos in dubium salutis  
venire ex ijs posse praevidet, vel quaecunq; de-  
mum causa est, quantumvis ignota nobis & oc-  
culta, certè paterna ac divina cum sit, injusta ac  
damnosa esse non potest. Viderunt hoc etiam  
Ethnici, & quod nos miramur, amori tribuerunt,  
cum dixerunt, ὅτι γὰρ θεοὶ Φιλῶσιν ἀποθνήσκει νεός quem  
enim dij diligunt, juvenis moritur. Quid nos fa-  
cere decet, quid hujus pie defuncti juvenis pa-  
trem, qui sublimiori magistro quam illi usi, subli-  
miori doctrina inbuti & instructi esse debemus?  
Hac igitur consolatione se moestissimus pater e-  
rigit, quod filium pietatis, virtutis & eruditionis  
per studiosum, quamdiu vixit, habuerit, eundem  
ex Dei voluntate nunc pie defunctum in coelestè  
beatitudinem receptum sciat. Nobis quoq; cō-  
venit, cives Academici, facere quod ad moestissi-  
mi parentis consolationem conducere arbitrati  
fuerimus, militavit vobiscum in ijsdem castris,

cx-



exhibeamus ei honorem, quem commilitoni  
milites. Quidni eos imitamur! Videmus quam  
illi ordine, quam longa serie, quanta, quam fere  
nullibi exercent, nisi in funere commilitonis,  
modestia, incedant, eum defuncti corpus ad se-  
pulturam efferunt; Imitemur illorum exemplū,  
nos, quibus in exemplum nati, exemplo esse, &  
imitandum proponere debebamus: Nunc ver-  
tunt se vices, & quod dolendum, studioso hu-  
manitatis, candidatus ferociæ militaris exem-  
plo præit. Sed faciamus etiam sine hoc exemplo  
quod à nobis pietas Christiana, humanitatis of-  
ficium, autoritas magistratus & aliæ causæ postu-  
lant.

Conventus fiet in æde Jacobæa ad ho-  
ram mediam primam, P. P. Rostochij die 25,

Januarij Anno 1639, sub sigillo


Reſtoratus.






















omni studio id agendum sibi p  
 stras hujus domina sibi prim  
 atq; ita viam ad ipsam heram affe  
 rum ergo Hebraea & Graeca stud  
 sophia, secutus non admisit in a  
 nus in animum, quae declamato  
 centia, imo supercilio dictatorio  
 paedagogico leguntur & audiu  
 ταυτ' εστι κ' σωμύλματα, nugae cano  
 dos rudes ex cogitatae & compo  
 similes inveniunt habeantq; la  
 equidem in video, miror magis, u  
 adeo turbatur, non agris tantu  
 ille conquerebatur, sed & Sch  
 plausoribus ac lessoribus, qui ear  
 Verum non movenda est Cama  
 verum bella movet non sine m  
 copijs componenda, Igitur o  
 suam ita egit hic noster Macarite  
 quoq; non exiguum detriment  
 peret, idq; per totam fere aestate  
 elapsi. Pulmones enim vitium  
 de nata phthisis hecticam febrile  
 tem. Sperabat quidem juvenis fo  
 ut progressu temporis morbu  
 non nihil, aut omnino pelleret



75  
 mini  
 taret,  
 gua  
 hilo  
 o mi  
 m vi  
 s qua  
 υλιδε  
 upan  
 am ut  
 s. No  
 s Usq;  
 sticus  
 rum  
 agut.  
 nabile  
 ugaru  
 rem,  
 dinis  
 inci  
 oxime  
 nt, in  
 comi  
 posse,  
 tteret  
 venit  
 longa